



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

Tertullianus, Quintus Septimius Florens

Antverpiae, 1584

De Ecstasi Lib. sex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS PRES-
BYTERI, OPERVM ADVERSVS ECCLESIAM PRO
Montano scriptorum Notula.

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTULLIANI,
LIBRORVM SEX DE ECSTASI MENTIO, EX B.
Hieron. Catal. Script. Eccles. & Nicephoro lib. 4.
hist. Eccles. cap. 22. ac 34.



IC (inquit B. Hieron. de Tertulliano, & ipsi iisdem verbis Nicephorus) quum vsque ad mediam aetatem Presbyter Ecclesiae permanisset, inuidia postea & contumeliis clericorum Romanae Ecclesiae, ad Montani dogma delapsus, in multis libris nouae Prophetiae meminit, specialiter autem aduersus Ecclesiam texuit volumina, De Pudicitia, de Fuga in persecutione, de Ieiuniis, de Monogamia, DE ECSTASI LIBROS SEX.

TERTULLIANVS (inquit idem) sex voluminibus aduersus Ecclesiam editis, quae scriptae sunt in Graeco, &c.

Melitonis (inquit idem in Melitone) elegans & declamatorium ingenium, laudans Tertullianum in Libris VI. aduersus Ecclesiam pro Montano; dicit eum à plerisque nostrorum Prophetam putari.

Haecenus ille. Quorum ex posteriori loco apparet Graecè potius quam Latine hos libros fuisse conscriptos, sicuti dicemus in sequenti fragmento Latine.

Nos autem promissis ut supra; quid Ecstasis Auctori, quid aliis Scriptoribus antiquis Ecclesiasticis, pauca subiungendum duximus. Definitio in genere inuenitur Tom. 3. supradicti lib. de Anima, cap. 45. Ecstasin dicimus excessum sensus, & amentiae instar. Sic & in primordio somnus cum Ecstasi decatus: Et misit Deus Ecstasin in Adā, & obdormiuit. Somnus enim corpori progenit in quietem, Ecstasis animae accedit aduersus quietem; & inde iam forma somnium Ecstasi miscens. Et paulo post: Hic erit proprietas Amentiae huius, quia non fit ex corruptela bonae valetudinis, sed ex ratione naturae; non enim exterminat, sed auocat mentem. Aliud est concutere, aliud mouere; aliud euertere, aliud agitare. Igitur quod memoria suppetit, sanitas mentis est, quod sanitas mentis salua memoria stupet, amentiae genu est. Ideo non dicimur furere, sed somnare; sed & prudentes, si quando sumus; sapere enim nostrum licet obumbretur, non tamen extinguitur, nisi quod & ipsum potest videti vacare tunc. Ecstasin autem hoc quoque operari de suo proprio, ut sic nobis imagines sapientiae inferat, quemadmodum & erroris. Breuior vero & instituto Auctoris magis conformis est illa, qua habetur eiusdem lib. cap. 11. ubi de eodem Adamo loquitur: Cecidit, inquit, Ecstasis super illum, sancti spiritus vis, operatrix Prophetiae, & cap. 21. In illum Deus amentiam immisit, spiritalem vim qua canitat Prophetia. Atqui prius illud Ecstasios genus aliquo modo in Adamo agnosci potuit, posterius hoc non item; ut potè quod pertinere videatur ad Montani,

Prisca ac Maximilla entusiasmus comprehendens; qui in Ecstasi, & ut amentes loqui solere consuebantur ipsorum discipuli, & inter eos post mediam aetatem ipse Tertullianus. Huc pertinet illud de Prisca aut Maximilla eiusdem lib. de Anima cap. 9. Est hodie soror apud nos reuelationum charismata fortita, quas in Ecclesia, inter Dominica sollempnia per E C S T A S I N in spiritu patitur. Hoc est enim quod sibi vult lib. 4. adu. Marc. cap. 22. ubi explicans illud Luc. 9. de Petro Sed nesciens quid diceret. Quomodo, inquit, nesciens: utrumne simplici errore, an irratione (qua significatione etiam dixit lib. aduers. Praxean cap. 15. neque Petrum & Ioannem & Iacobum visionem Dei sine irratione & amentia expertos esse) quam defendimus in causa nouae Prophetiae, gratiae Ecstasin, id est amentiam conuenire. In spiritu enim homo constitutus, praesertim quum gloriam Dei conspicit, vel quum per ipsum Deus loquitur; necesse est excidat sensum, obumbratus scilicet virtute diuina; de quo inter nos & Psychicos est questio. Vbi (sicuti latine infra Tom. 5. lib. de Ieiuniis adu. Psychicos) per Psychicos intelligit Catholicos, & ad hos SEX DE ECSTASI LIBROS adiuat, qui contra Ecclesiam scripsisse certum est. At pulere contra Montanistas Epiph. bar. 48. postquam scriptura probauit veros Prophetas cum constanti ratione & intelligentia locutos ex instinctu Spiritus sancti, sana mente & corpore; ad Montani Prophetiam veniens; probat eum neque stabili mente vaticinatum, neque intelligentiam mentis habuisse, ex propriis ipsius Montani verbis. Quid quid scripturam supradictam Gen. 2. nihil pro illis fatere decessit. Nam, inquit, ipsi Adam Deus induxit ecstasin somni, non ecstasin emotionem mentis. Ecstasis autem mentis multas differentias modum habet. Dicitur enim Ecstasis, super

TERTULLIANI
Cum Annotationibus
PAMELI
A. V.
36

supor ob excellentiam admirationis. Dicitur & Eccltalis infania, eo quod à mente amoueat. Verum illa somni Eccltalis, hoc est sopor, iuxta alium modum dictus est, iuxta naturalem actionem; maxime, eo quod profundissime sancto Adamo inductus esset. Quem amplius Eccltalin appellauit, eo quod fecerit ipsum ad tempus non sentire dolorem, propterea quod accepturus erat castam ab ipso, & ipsam formaturus in mulierem. At non erat mentis Eccltalis, ac intelligentie emotio. Statim enim ut surrexit, agnouit & dixit: Hoc nunc os ex osibus meis, &c. Nouit enim, velut vides, preterita quando erat in somno, dicens: Hoc nunc os ex osibus meis. Agnouit presentia; postquam facta esset mulier, agnosens eam de corpore suo sublatam. Patinatus est futura, uimirim: Ea gratia relinquet homo patrem suum & matrem, &c. Hæc autem non sunt uiri mente moti, neque intelligentia priuati, sed sanam mentem habentis. Eodem pertinere uidetur quod B. Hieron. Quæst. Hebr. in Genesim adnotauit: Pro ECSTASI, id est mentis excessu, in Hebræo haberi Tardema, quod Aquila ἄτασσοσ, Symmachus ἄτασσοσ, id est grauem & profundum soporem interpretati sunt. Denique sequitur: Et dormiuit. Id ipsum uerbum & in lona stertentis somno positum est. Et qui nihil pro Montani insana propheta facere illud de Petro: Nesciens quid diceret. Alij illud referri malunt ad locutionem inconsideratam, uiri solent animi consternati, eo quod addatur apud Marcum: Erant enim timore exterriti; & illud certum est, nihil ibi Petrus

prophetasse. Porro nititur quidem etiam Auctor ad eiusdem noue Prophetie confirmationem detorquere locum Apostoli 1. Cor. 14. his uerbis, Ab. 5. aduers. Marc. cap. 8. Edat aliquem Psalmum, aliquam uisionem, aliquam orationem, dumtaxat spiritalem in ECSTASI, id est, amentia; si qua linguæ interpretatio accesserit. Probet etiam mihi, mulierem apud se prophetasse, ex illis suis sanctioribus fœminis, magnificam. Verum, præterquam quod illud: in Eccltali, ibi non legatur apud Apostolum, ac quod dicitur ibidem: Et Spiritus Prophetarum Prophetis subiectus est; ex proximis Apostoli uerbis, Montanum, & proinde Tertullianum refutat B. Hieron. Prolog. Comment. in Habacuc. Propheta, inquit, uisio est, & aduersus Montani dogma peruersum, intelligit quod uidet; nec ut amens loquitur, nec in morem insanentium fœmuruum, dat sine mente sonum. Unde & Apostolus iubet, ut se prophetantibus alijs, alij stertis reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Ex quo intelligitur, quum quis uoluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, posse & loqui & tacere quum uelit. Qui autem in eccltali, id est, inuitus loquitur, nec tacere, nec loqui in sua potestate habet. Eodem pertinet etiam illud eiusdem Prologo in Nahum Prophetam: Non enim loquitur in excelsis, ut Montanus, & Prisca, Maximillaque delirant; sed quod prophetat, liber est Visionis intelligentis uersa que loquitur.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI LIBRI ADVERSUS APOL- LONIVM NOTVLÆ, EX B. HIERON. Catal. & Nicephoro.

SPECIALITER autem aduersus Ecclesiam (inquit illi locis supra citatis de Tertulliano) texuit volumina, de Eccltasi lib. sex, & septimū ADVERSUS APOLLONIVM.

APOLLONIUS (inquit B. Hieron.) uir disertiss. scripsit aduersus Montanum, Priscillam, & Maximillam insigne & longum uolumen, in quo adserit Montanum & insanas Vates perisse suspendio, & multa alia. In quibus de Priscilla & Maximilla refert: Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse Prophetas qui accipiunt; & mille hoc testibus probabo. Sed & ex alijs fructibus probantur Prophetæ; Dic mihi, crinem fucat Propheta, stibio oculos linit? Propheta uestibus & gemmis ornatur? Propheta tabula ludit & tesserijs? Propheta fœnus accipit? Respondeant, utrum hoc seriliceat an non. Meum est probare (sic enim lego, pro: approbare) quid fecerint. Dicit in eodem libro, quadragesimum esse annum, usque ad tempus quo ipse scribebat librum, ex quo hæresis Cataphrygarum habuerit exordium. TERTULLIANVS sex uoluminibus aduersus Ecclesiam æditis quæ scripsit ἑξ ἐκείνων, septimum propriè ADVERSUS APOLLONIVM elaborauit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autē APOLLONIVS sub Commodo Seueroque Imperatoribus.

Duabus de causis mihi persuasum est, librum hunc aduersus Apollonium cum sex præcedentibus, non modo Latine, sed & primo Græce editos. Primum, quod Græcus fuerit & Græce scripserit Apollonius, ut potè alius ab eo, quem deinceps B. Hieron. Romanum Sena-

tozem commemorat, tum quod is Græce titulum recitet ἑξ ἐκείνων. Nolui tamen imprimis siagmentis conungere, quod contra Ecclesiam scripti sint.

Porro quum adserat B. Hieron. Tertullianum omnia quæ Apollonius arguit, conatum defendere,